& ſucco ejus corrupto ſæpe ciborum nos capit tædium & videmur omnia triſtius meditari, atque in amarulentiam & iram & ſimiles affectus delabimur. Die Seele, obgleich denen Kranckheiten nicht unterwürffig, iſt dennoch von cörperlichen Urſachen wohl oder übel gehalten, eine Urſache der Geſundheit und Kranckheit des Menſchen.

ΨΩΡΑ, Scabies tam totius corporis quam palpebrarum, τὰ βλέφαρα ψωρῶ. Palpebræ ſcabie laborant. HIPPOCRATES de viſu Libello. Ἀνάβρωσις ταρσῶν ἢ κανθῶν, μετὰ κνήσματος. Autor Definit. GALENI. Eroſio limborum & angulorum oculi, cum pruritu. Die Krätze. Hinc ψωροφθαλμία. Ἡ ψωροφθαλμία τῆς ξηροφθαλμίας διαφέρει. ἡ μὲν γὰρ ψωρίασις, κνησμώδης τοῦ βλεφάρου αἴσθησις, δι' ἁλμυρὸν γινομένη φλέγμα, δάκνουσά τε καὶ κνησμὸν ἐρεθίζουσα. ἡ δὲ ξηροφθαλμία δυσκινησία τῶν ὀφθαλμῶν μετὰ πόνου χωρὶς τινος ὑγρότητος ἐκρεούσης. Diſtat & ψωροφθαλμία a ξηροφθαλμίᾳ (illa a ſcabie, hæc ab ariditate nomen habet). Nam ſcabioſa *illa lippitudo* eſt pruriginoſus palpebræ ſenſus, quem ſalſa pituita mordens ac pruritum inferens, excitat. In ξηροφθαλμίᾳ vero (quæ arida lippitudo nonnullis appellatur) oculus citra humoris effluxum ægre & cum dolore movetur. ACT. Lib. 2. περὶ διαγν. παθ. cap. 7. Τὸ μὲν ἐμφύσημα, ὄγκος ἐστὶν οἰδηματώδης τοῦ βλεφάρου. ἡ δὲ ψωροφθαλμία, κνησμώδης τοῦ βλεφάρου ψωρίασις, δι' ἁλμυρὸν καὶ νιτρῶδες ὑγρὸν γινομένη. Emphyſema palpebræ tumor eſt, œdemati ſimilis, pſorophthalmia autem, pruriginoſa ejusdem ſcabies, ex ſalſo & nitroſo humore contracta. PAULUS AEGINETA Lib. 3. cap. 22.

Ω.

ΩΜΟΝ, Crudum, ἄπεπτον, quod nondum febre excoctum maturatumve eſt, ita ὠμοτομεῖν eſt abſceſſum nondum maturum ſecare, uti fieri præcipit PAUL. AEGIN. Libr. 6. cap. 39. Ἰστέον, ὅτι πρὸ τελείας εἰς πύον μεταβολῆς ἐνίοτε ὠμοτομοῦμεν τὰ ἀποστήματα, διὰ τὸ πλησιάζειν ἢ ἄρθροις ἢ κυρίοις μορίοις, ἵνα μὴ διαφθείρηται σύνδεσμος. Sciendum, ante perfectam abſceſſuum in pus converſionem, quandoque illos incidendos eſſe, ſi articulis vicini ſint, ne ligamentum corrumpatur. Rohe übel gemiſchte Feuchtigkeiten, unreiffe Geſchwühre.

ΩΤΩΝ παθήματα. Aurium morbi varii. Τῶν ὤτων ὑγρότητες. PAUL. AEGIN. Lib. 1. 12. Aures manantes. Flieſende Ohren. Ὦτα ὀδυνώδεα, φλεγμονώδεα, ἑλκώδεα, ὑπερσαρκώμενα, σκωληκιῶντα, ὑπὸ ψηφίδων καὶ παραπλησίων ἐμπιπτόντων ἐμπιμπλάμενα. PAULUS AEGIN. Lib. 3. κγ. Aures dolentes, inflammatæ, ulceroſæ, carnis in meatu excreſcentiæ, vermes in illo, ejus a calculis & ſimilibus rebus illabentibus repletio. Allerhand Ohren-Kranckheiten, Schmertz, Entzündung, Geſchwühr, Fleiſch-Gewächſe, hinein kriechende Würmer, Anfüllung des Ohren-Gangs. Ὠταλγία, aurium dolor. Οὐδέποτε γίνεται ὀδύνη σφοδρὰ ἐπὶ τῶν φαινομένων τούτων ὤτων, οὔτ', εἰ καὶ γένοιτο, κίνδυνος ἀκολουθήσει, μήτ' αὐτοῦ τι τοῦ μορίου κύριον ἔχοντος, μήτε κυρίῳ τινὶ συνεχοῦς ὄντος. ἀλλ' εἰώθασιν ὠταλγίαν ὀνομάζειν, ὅταν ἐν τῷ βάθει κατὰ τὸν ἀκουστικὸν πόρον ἡ τῆς ὀδύνης αἴσθησις γένηται. τηνικαῦτα γὰρ αὐτὸ πάσχει τὸ ἀκουστικὸν ὀνομαζόμενον νεῦρον, ὃ διὰ μακροῦ συνάπτον τῷ ἐγκεφάλῳ.

Nun-

Nunquam vehemens dolor extremas auriculas infeſtat: neque, ſi infeſtet, periculum comitabitur, propterea quod neque pars ipſa præcipua eſt, neque parti cuiquam præcipuæ continuatur. Sed conſueverunt nominare ὠταλγίαν (id eſt dolorem aurium) quoties in profundo circa auditorium meatum doloris ſenſus affligit. Tunc enim ipſe afficitur auditorius nominatus nervus, non ex longo intervallo cerebro copulatus. GALENVS in Progn. Hipp. Comm. 3. Ohren-Schmertzen. Aurium dolor febrilis, Ὠτὸς δὲ ὀξεῖη ὀδύνη ξὺν πυρετῷ συνεχεῖ τε καὶ ἰσχυρῷ, δεινόν. κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπόλλυσθαι, ἀπόλλυνται δὲ οἱ μὲν νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων ἑβδομαῖοι, καὶ ἔτι θᾶσσον ὑπὸ τουτέου τοῦ νοσήματος. οἱ δὲ γέροντες, πολλῷ βραδύτερον. οὔτε γὰρ πυρετοὶ καὶ αἱ παραφροσύναι ἧσσον αὐτέοισιν ἐπιγίνονται, καὶ τὰ ὦτα διὰ τοῦτο φθάνει ἐκπυΐσκεσθαι. HIPPOCRAT. in Prognoſt. Vertit. CELS. ibid. Lib. 1. cap. 7. Auris quoque dolor acutus cum febre continua vehementique febre mentem turbat: & ex eo caſu juniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardius: quoniam neque æque magnas febres experiuntur, neque inſaniunt, dum is affectus in pus vertatur.

ΩΧΡΟΣ, Pallidus. Blaß. Pallor labem viſcerum denotat, maxime imi ventris. Ὁκόσοι δὲ πολὺν χρόνον ὠχροὶ φαίνονται, καὶ τὰ πρόσωπα ἐπηρμένα ἔχοντες, εἰδέναι χρὴ τούτους τὴν κεφαλὴν ὀδυνωμένους, ἢ περὶ τὰ σπλάγχνα ἀλγήματα ἔχοντας, ἢ ἐν τῇ ἕδρῃ κακόν τι ἐν ἑωυτοῖσι. HIPPOCR. Prorrh. 2. Vertit CELSVS Lib. 2. cap. 7. Qui diu habent faciem pallidam & tumidam, aut capite, aut viſceribus, aut alvo laborant.